Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Inte cantatio mea semper tanquam prodigium factus sum multis: et tu adiutor fortis. Repleat os meum laude ut cantem glām tuam: tota die magnitudinem tuam. Ne projicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi: et qui custodiebant ām meam consilium fecerunt in unum dicentes. Deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eum: quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris a me: Deus meus in auxilium meum respice. Confundantur et deficiant detrahentes āe mee: operiantur confusione et pudore qui quirunt mala mihi. Ego autem semper sperabo: et adiciam super omnem laudem tuam. Os meum annunciabit iustitiam tuam tota die salutare tuum. Quōm non cognovi litteratura in troibus in pōs domini: dnē memorabor iustitie tue solius. Deus docuisti me a iuventute mea: et usque nunc pnunciabo mirabilia tua. Et usque in senectam et senium: Deus ne derelinquas me donec annunciem brachium tuum: generationi omni que ventura est. Potentiam tuam et iustitiam tuam Deus usque altissima quae fecisti magnalia: Deus quis similis tibi. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas: et conversus vivificasti me et de abissis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam: et conversus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus: psallam tibi in cithara sanctus israel. Exultabunt labia mea cum cantaero tibi: et anima mea quam redemisti. Ed et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam cum confusi et reverriti fuerint qui querunt mala mihi. Psalm. dd

Doctrias